

8

~~Af-f~~


LC<sup>3</sup>/3

*This is a copy of*

30a

Digitized by the Internet Archive  
in 2011 with funding from  
Research Library, The Getty Research Institute







# CANDIDO LECTORI

SE V

## S P E C T A T O R I .



LLVD Regij Vatis: *Admirabilis Deus in Sanctis suis*, vt in aliis plurimis, sic & in D. CATHARINA SENENSI virgine sanctissima longè est verissimum. Visum itaque fuit nobis, ad Dei Opt. Max. cultum suis in Sanctis augendum, totam vitæ eius seriem, exemplis ac miraculis quam maximè illustrem, formis æreis expressam, velut in tabellis ob oculos ponere. Ne quid tamen minus certum probatumve, in medium adduxisse videremur, testes quasi publicos octo, iconibus non minibusque eorum foribus appensis, libuit aduocare. Sunt ij B. RAYMVNDVS Capuanus Doctor Theologus & Dominicanæ familiæ Magister Generalis, B. THOMAS NACCIVS Praefectus Provincialis Romanus, quorum uterque sanctissimæ virginis à sacris confessionibus multos annos fuit. B. STEPHANVS SENENSIS Carthusiæ Ticinensis Prior, qui virginis operâ à saeculi curis blanditiisque ad sanctioris vitæ propositum reuocatus, eidem post perfamiliaris fuit,

eiusque ex ore magnam Dialogorum , qui typis excusi leguntur, partem exceptit. S. ANTONIUS Archiepiscopus Florentinus scriptis editis vitaq; sanctimonia vniuerso orbi sat notus. PIUS II. Pont. Max. Aeneas Silvius ante Pontificatum nominatus. IOANNES GERSON Doctor & Cancellarius Parisiensis. PETRVS EQVILINVS Episcopus , & AMBROSIUS CATHARINVS Compensis Archiepiscopus. In his , vt alios præteream , quid de stigmatibus virginis impressis Pius II. Papa senserit , versiculi isti , sacro diei officio inserti , fidem faciunt:

*Quem latet virtus facinusque clarum  
Quo nequit dici sanctius per orbem?  
Vulnorum formam miserata Christi  
Exprimis ipsa.*

Operæ pretium itaque duximus , vt quibusdam satisfaciamus , contentionibusque de modo , quo beatissima hæc virgo sacra stigmata exceptit , quoque effingenda sint , obuiemus , Diploma Apostolicum , superioribus annis à Clemente VIII. Pont. Max. editum , h̄c subiungere .

CLE-

# C L E M E N S

## P A P A V I I I .



NIVERSIS Venerabilibus Fratribus  
Patriarchis, Archiepiscopis, & Episco-  
pis, & aliis locorum Ordinariis per uni-  
uersum Orbem constitutis salutem, &  
Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus  
nonnulli Fratres Ordinis Sancti Francisci prætendant  
Imaginem Sanctæ Catharinae de Senis non esse depin-  
gendum cum stigmatibus, sed solius Sancti Francisci  
Imaginem ita depingi debere, ac super hoc sèpè cum Fra-  
tribus Ordinis Prædicatorum altercentur & contem-  
dant. Nos huiusmodi altercationes, & contentiones  
præcidere cupientes, negotium istud Venerabilibus Fra-  
tribus nostris S.R.E. Cardinalibus super sacris ritibus  
& cæmoniis deputatis examinandum, cognoscendum,  
& decidendum, ac terminandum commisimus, cum de-  
creto tamen quòd interim nihil innouaretur. Ne autem  
dum in dicta Congregatione prædictum negotium deci-  
ditur, in aliqua Orbis Terrarum parte circa hoc aliquid  
innouari contingat, Vobis, & cuilibet vestrum per præ-  
sentes committimus, & mandamus, ut auctoritate no-  
stra curetis, & præcipiatis sub censuris, & pænis Ec-  
clesiasticis arbitrio vestro infligendis, ne in Ciuitatibus,

¶ Diæc. vestris quisquam Fratrum prædictorum Sancti Francisci, aut alij quicumque, donec in dicta Congregatione Cardinalium huiusmodi negotium Stigmatum Sanctæ Catharinæ definitum ¶ declaratum fuerit, circa illud aliquid innouare, aut ulterius altercari, vel contendere præsumant. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac præsertim fel. rec. Sixti Papæ Quarti prædecessoris nostri, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cæterum quia difficile foret, præsentes litteras originales ad unumquemque vestrum deferri, volumus, ¶ auctoritate Apostolica decernimus, ut præsentium exemplis etiam impressis manus alicuius Notarij publici subscriptis, ac sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, que ipfis met præsentibus haberetur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, Die vigesimaseptima Nouembbris: Millesimo quingen-tesimo nonagesimo nono, Pont. nostri anno octavo.

M. Vestrius Barbianus.

VERA EFFIGIES.



IN D. CATHARINAM SENENSEM.

*Cor sine corde mihi est, sine vita viuere, vita:*

*Qui sine vtroquè dedit viuere, vtrumq; tulit.*

*Nec tulit vt sine vtroq; forem, sed viuat vt in me*


*Cor sine corde, nouum cor sibi finxit amans.*

*Nunc neq; velle meum est, neq; nolle; at amantis vtrumq;*

*Qui mihi me rapuit, cor mihi cum rapuit.*


*Vive igitur, mea vita, meum cor: disce et amare*

*Hinc, qui se nimium, dum sibi viuit, amat.*





*S. Catharina quinto ætatis anno, Deiparam in  
domesticæ scalæ ascensu gradatim salutat; sed et  
scandens pluries ab angelis rapta, sursum attollitur.*





Sexto ætatis anno, cum fratre infante  
domum reuertens, super augustâ S. Dominicî  
Æde, Christum tripli corona fulgentem, sibiq;  
benedicentem, SS. Petro et Paulo Apostolis  
et Ioanne Euangelistâ astantibus, intuetur.






Parens in cubiculo super vertice Virginis orantis,  
columbam intuetur: quâ quidem re commotus,  
facultatem orandi Deoque seruendi, quam  
filiæ primū ademerat, eidem reddidit.






Deuotionis ferore flagrans, in antrum extra  
urbis mœnia secedit, contemplans usque  
ad horam diei nonam sursum attollitur.  
Completa oratione intra candidam nubem;  
inde ad ciuitatis portam rapitur.





Oranti apparent plerique SS. Religionum auctores, ipsamq;  
 singuli ad Ordinis sui institutum applectendum, inuitant.  
 Illa in D. Dominicum oculos conyiciens, vni ipsi  
 adhaesit, sacrumq; ab eo Religionis habitum suscepit.






Orantem dæmonum turba aggreditur, mirisq; præstigijs ac fœdis temptationibus Virgineum pectus exagitant. Illa corpusculum ferrea cathena dilacerans, hostes fugat; Sponsiq; demum e cruce pendentis adspectu confirmatur.






*Ipsis bacchanalibus mundo in vitia effuso, oranti appetet  
 Christus cum SS. matre Virgine, D. Paulo, S. Ioanne Euang.  
 B. Dominico & Davide Rege psalterium pulsante.  
 Deipara Virginis dextram Christo porrigit; qui eam sibi  
 in sponsam suscipit et dextram annulo pretioso exornat.*





*Christo pauperis habitu eleemosynam petenti,  
D. Martini exemplo vestem propriam donat:  
a quo cruentâ et inuisibili veste, e preti-  
oso lateris vulnera eductâ, induitur*





*Inter culinaria opera carnibus assandis forte  
occupata, extasi urgente, in aerem attollitur, sibiq;  
paullo post reddita, in ignem labitur, unde protinus  
ne indumentis quidem læsis, evasit incolumis .*






*Ascensionis Dominicæ festo, ad quem ysq; diem  
ieunium quadragesimale, sola Eucharistiâ contentâ,  
protraxerat, SS. synaxim sumens Christum visibili  
fulgentis pueruli forma suscipit, et ardentium scin-  
tillarum copia pluuiæ instar in caput eius decidit.*





*In sublime per extasim rapta, Diuina arcana contemplatur, suaves atq; altissimos cum Sponso sermones miscet; quos pij Sacerdotes, Virginis familiares ac socij, diligentissime excipiunt, litterisq; mandant.*






*Auinione publicæ legationis munere pro Florentinis functa, pacem a Gregorio XI. Pont. Max. ijs impetrat; et præclaris ab eodem Pontifice gratijs, donisq; exornatur: qui et Virginis precibus commotus Pontificiam sedem post annos LXX. Romam Auinione retulit.*






*Puerulum toto corpore inflatum et moribundum Christi nomine inuocato sanitati restituit. Miraculum tum oculati testes plurimi, tum ipse urbis ep̄s contestatur.*






Mulierem infirmam fœdo apostemate, seu  
cancro laborantem, eximio Christianæ pietatis  
exemplo curandam suscipit; ipsamq; maciem,  
sanguinisq; putredinem, ex ulcere manantem,  
fugit. Infirma Virginem id agentem miro splen-  
dore amictam videt, visioneq; commota, conuertitur.






Dum totis visceribus ad cœlestia anhelat, Sponsum  
videt, qui Virginem complexus eius labia aperto  
lateri suo, amabiliter admouet. Quæ ergo nuper  
putredinem ex fæminaæ infirmæ apostemate hause-  
rat, paullò post Dominici cruoris potu inebriatur.






Diu sponsum precata ut cor mundum et nouum  
traderet, apparet ei Christus, diuellitq; ab eius  
pectore cor vetus, nouumq; restituit. Quod sane  
ysqueadeò reipsa factum est, vt sacri vulneris  
cicatrix in virgineo pectore perpetuo manserit.






*Christus contemplanti appareat, dextra spineam,  
sinistra auream coronam offerens; Illa  
spineam apprehendit. At Christus auro  
quoque diadematè sponsam suam exornat?*






Matrem quæ impœnitens decesserat, a mortuis suscitat. Exequiæ humando mox corpori et si frustrâ præparatae, posteris tamen tanti miraculi fidem asserunt.






*Prona in corpus B. Agnetis Politiana Ord. Præd.  
 iam olim defunctæ, deuotionis ergo decidens,  
 a Virgine pedem eleuante mirabiliter honoratur.  
 Cuius item sepulcrum dum rursum visitat,  
 manna e cælo decidens utramq; cooperuit. Cuius  
 portio in sacro vasculo etiam hodie affruatur.*






Mulierem e sublimi delapsam, iacen-  
temque sub ruinis prope exanimem,  
precibus ad Deum fisis, ipso con-  
tactu integritati restituit.






*Latrones duos dum ad supplicium ducuntur, in spiritu comitatur; daemonum turbam feruenti oratione procul abigit: istis animorum angustia desperantibus, Christus ad portam urbis cruento madidus appet, cuius suavi aspectu resipiscunt, mortemq; fortiter subeunt.*





*Mulierem a dæmonē obſeſſam, horrendiſq; cruciatibus afflictam fide munita  
S.S. Crucis ſigno liberat.*





Pis sumpta S.S. Eucharistia, de more in extasim  
rappa, e fulgentibus cruentorum radiorum instar  
Christi vulneribus, beatissimae stigmata passionis excipit.  
Fida tamen cælestium donorum cus̄tos Virgo  
precata est Dominum, vt manente dolore signa  
delitescerent, quod et ad mortem ysq; impetravit.





Florentiam a Gregorio XI. Pont. Max. cum  
legationis munere missæ, ciues extra urbem  
læti occurrunt, & honorifice excipiunt. Illa  
Pontificis voluntatem intrepide explicat, seditionemq;  
exortam tum lacrymis tum precibus compescit.  
Demum Rempublicam Pontifici reconciliat.






*S.S. Missæ officium celebrante B. Raymundo,  
fractoque ante communionem Sacramento,  
altera eius pars repente disparet. Obstupescit  
ignarus mysterij sacerdos. Christus interim  
sponsæ esurienti S.S. Eucharistiam porrigit.*






*Nicolaus Perusinus capite plectendus, obstinatus  
in scelere mori decreuerat. Virgine pro salute  
impænitentis sponsum rogante, iam multe tendus  
miser ad saniorem mentem conuertitur; eiusq;  
anima ministerio angelorum in cælum attollitur.*





*Multis preſa morbis decumbens, dum B. Raymundo  
 confeſſario quædam diuinitus reuelata co[m]municat, ipso  
 in quibusdam subdubitante, subito facies Virginis fronte  
 ac oculis ſolis in ſtar micantibus, in Christi faciem  
 co[m]mutatur. Territo autem atq[ue] inclamanti Confeſſario  
 Quis eſt qui mecum loquitur? Reſpondet. Eſt qui eſt.*






Populi Romani seditionem aduersus Pontificem  
conspirantis feruenti oratione comprimit, ipsâ  
pro populo Diuinam vltionem subeunte. Christus  
purissimo sanguiné e corde virginis expresso  
Romam adspergens iustissimum furorem ponit.






*Urbanus VI. Pontifex Max. precibus et  
meritis Virginis Romanam arcem quam S.  
Angeli castrum vulgo nuncupant recuperat.*





Caritate annonae vrgente Deipara Virgine opem  
ferente, cum massam ex corrupta farinâ confecisset,  
panis inde optimus prouenit: cui Diuina virtus  
ut miraculum miraculo accederet, dum in pauperes  
affatiū distribuit contulit incrementum.





In extremis constituta, lacrymantem familiam  
ad obsequium Christi, mundiq; contemptum  
hortatur. Post acrem ac gloriosem lucum, strato  
dæmone iubilans migrat in cælum, ætatis anno  
XXXIII. quo et Christus sponsus olim obiijt.





*Corn. Galle fecit.*

*Qua hora B. Virgo animam reddidit Thomas Penna  
Prothonotarius Apostolicus vidit cælos apertos,  
eamq; sublime ascendentem inter choros angelorum.  
Eandem pia vidua Semia triplici corona insignitam,  
vidit a Christo sponso in throno sedente suscipi.*



LA VIE DE  
S. CATHERINE DE SIENNE,  
VIERGE ET RELIGIEVSE  
DV SAINCT ORDRE  
DE S. DOMINICQVE,  
& miracles triez d'icelle.

I.



ESTE vierge en l'aage de cinq ans montant l'esca-  
lier de leur maison, saluë la Vierge mere de Dieu  
de degré en degré , est là par plusieurs fois rauie  
par les Anges.

II.

En l'aage de six ans , reuenant avec son frere petit enfant ,  
elle void sur le monastere de sainct Dominique nostre Sei-  
gneur accompagné de S.Pierre , S.Paul , S.Iehan , coronné de  
trois coronnes , qui la benissoit.

III.

Son pere , qui du commencement luy auoit osté le loisir de  
vaquer en oraison , vn iour la trouuant en sa chambre en prie-  
res , vid vne colombe blanche sur son chef : de quoy esmerueil-  
lé , luy rend la liberté de seruir Dieu .

IV.

Embrasée de deuotion , elle se retire en vne grotte , hors la  
ville : ou estant en contemplation , est esleuée en hault , iusques  
à neuf heures du iour : & l'oraisonacheuée , est portée dans  
vne nuce transparante iusques à la porte de la ville .

\*\*

V. Estant

## V.

Estant en oraison , plusieurs saincts personnages de diuerses Ordres s'apparoissent à elle , & la semondonent de prendre leur habit , & rendre de leur Ordre : & iettant les yeux sur S. Dominique , elle se rend particulièremenr à luy , & reçoit l'habit de luy .

## VI.

Estant en prières , vne troupe de diables se présente à elle , & la tente de diuerses & vilaines tentations : laquelle elle chasse deschirant & bleçant sa poictine d'une chaîne de fer : & se console contemplant son espoux nostre Seigneur , en croix .

## VII.

Aux iours prochains de la Quaresme , ausquels le monde s'émancipe en toutes desbauches , estant en oraison , nostre Seigneur se monstre à elle , avec sa benoiste mere , S. Paul , S. Iehan l'Evangelist , le Roy Dauid , iouant du Psalterion . La glorieuse mere de Dieu la prenant par la main droite , la présente à son filz , qui la reçoit pour son espouse , & luy met vn anneau precieux & riche en la dextre .

## VIII.

Nostre Seigneur en guise d'un pauvre luy demande l'aumône . Elle , comme iadis S. Martin , luy donne sa propre robe : de qui elle est reuestue d'une robe toute de sang & inuisible , tirée de la playe de son costé precieux .

## IX.

Occupée à faire rostir de la chair , & rauie en ectase , est esceuée en l'air : peu apres reuenue à soy , tombe dans le feu , duquel soudain elle est deliurée sans lesion , non pas mesme de ses vestemens .

## X.

Vn iour de l'Ascension du Sauveur , jusques auquel , elle auoit continué

continué ieusner la saincte quarentaine , sans aucune autre  
viāde, que de la saincte Eucharistie, communiant elle reçoit no-  
stre Seigneur en forme dvn petit enfant ruestu d'vne lumiere  
merueilleuse : & sur la teste tombe vne pluye d'estincelles ar-  
dentes.

### X I.

Esleuée en hault & rauie en ectase , elle contemple les secretz  
diuins, diuisant avec son espoux nostre Sauveur de choses gran-  
des & haultes. Ce que redigent par escrit avec diligence , les  
pretres , qui luy estoient familiers.

### X II.

Enuoyée par les Florentins au S. Pere Gregoire , onziesme  
de ce nom , seant pour lors en Auignon en France , elle impe-  
tre ce qu'elle demande pour eux , & s'en retourne , avec beau-  
coup de graces & dons : & par ses prières , le sainct siege qui  
auoit esté lxx. ans en la dite ville , fut restitué & remis à Rome.

### X III.

Par l'inuocation du nom de nostre Seigneur, elle rend la san-  
té à vn petit enfant hydropique , & qui estoit sur le point de  
mourir. de quoy furent tesmoings oculairz plusieurs personnes  
dignes de foy , & l'euesque mesme de la ville.

### X IIII.

Par vn exemple de pitié remarquable, elle entreprend guarir  
vne femme qui auoit vn chancre , suçant l'ordure & infection  
qui sortoit de la playe. Et durant cecy , la patiente la void en-  
vironnée d'une splendeur admirable , de quoy esmeuë , elle se  
conuertist.

### X V.

De cœur & affection aspirant aux choses celestes , elle void  
son espoux qui l'embrasse amoureusement , & luy met sa bou-  
che à l'ouverture de son costé , & des leures , desquelles elle  
\*\* 2 auoit

auoit sucé l'apostume infecte de la femme malade , elle sucé le pretieux sang du costé de nostre Seigneur.

## XVI.

Ayant long temps prié son espoux de lui donner un cœur pur & net , elle le void , qui lui arrache le cœur vieux , & lui en rend un nouveau : de sorte que la cicatrice de ceste playe sacrée , demeura tousiours en sa poitrine.

## XVII.

Estant en contemplation , nostre Seigneur se monstre à elle , lui présentant de la dextre une coronne d'espine : de la senestre une d'or. Elle choisit celle d'espine & la pose sur sa teste : & nostre Seigneur la coronne aussi d'un diadème d'or.

## XVIII.

Elle resuscite sa mère , qui estoit mort sans repentance : & toutes choses qu'on auoit préparé pour l'enterrer , tesmoignent la grandeur de ce miracle.

## XIX.

Tombant en face sur le tombeau de S. Agnes du Mont Politian en Italie , elle est miraculeusement honorée par la dite vierge , qui lui leue le pied . Et pour la seconde fois visitant son sepulchre , la manne tombe du ciel , qui les couvre toutes deux . Et iusques à présent , on garde une partie de ceste manne dans un pretieux vaisseau.

## XX.

Apres auoir prié Dieu , de son toucher elle rend saine & entière une femme tombée d'enhault , & accablée sous les ruines d'un edifice .

## XXI.

Elle accompagne , en esprit , deux larrons , qu'on alloit exécuter .

cuter. Et d'vne oraison feruente elle chassé vne troupe de diabiles, nostre Seigneur tout trempé de sang à la porte de la ville, se monstre aux ditz latrons; qui recreez d'vne vision tant souefue, se recognoissent, & endurent la mort avec patience.

### XXII.

Munie de foy , elle guarist vne demoniacle tormentée d'horribles tourments, avec le signe de la croix.

### XXIII.

Ayant communié selon sa coutume, & rauie en ecstasy en la ville de Pise en Italie, elle reçoit des playes de nostre Seigneur tresfluissantes comme rayons sanguins, les marques sacrées de sa passion. Et fidelle gardienne des dons celestes , elle le prie, que demeurant la douleur , les marques ne se veoient pas. Ce qu'elle impetra tant qu'elle vesquist.

### XXIV.

Estant enuyée à Florence par le Pape , les citoyens viennent au deuant d'elle , & la reçoivent , avec honneur , ioyes & alegresses : sans s'estonner elle lors declare & expose la volonté du saint Pere Gregoire onziesme. Appaise tant par ses pleurs, que par ses prières vne sedition ja excitée ; & reconcilie la Republique de Florence au saint Pere.

### XXV.

Le bien-heureux S. Remond dizant la Messe , & auant que communier, ayant rompu l'hostie sacrée : soudain vne partie disparut. Et ignorant ce mystere fut estonné . Nostre Seigneur la donne à son espouse affamée.

### XXVI.

Nicolas natif de Peruse deuoit bien tost estre decollé. Cestuy-cy auoit proposé de mourir obstiné en son peché. S. Catherine prie son espoux pour lui. Ce miserable prest de mourir

tir se recognoit, meurt répentant, & son ame par le ministere des Anges est esleueé au ciel.

### XXVII.

Pressée de plusieurs maladies, elle communique à S. Remond son Pere confesseur aucuns secretz, qui luy auoyent esté reuelez diuinement. Luy doutant sur aucuns d'iceulx : la face de la Vierge se change en celle de nostre Seigneur, son front, ses yeux esclatans comme le Soleil. Ce saint confesseur estonné, s'escrie, demandant, Qui est celuy qui parle à moy ? On luy respond : C'est celuy qui est,

### XXVIII.

Avec vne oraison ardente elle appaise vne sedition du peuple de Rome, excitée contre le saint Pere : & elle endure la vengeance diuine pour ce peuple. Nostre Seigneur luy tire du cœur le sang trespur, duquel il arrose la ville de Rome : & ainsi s'appaise la tresiuste fureur diuine.

### XXIX.

Par les prieres & merites de ceste Vierge, le saint Pere Vrbain sixiesme de ce nom, recouvre la forteresse de Rome, dite communement le chasteau S. Ange.

### XXX.

Durant vne disette & famine extreme, aydee de la mere de Dieu, elle fait vne masse de pate, de laquelle réussit vn fort bon pain. Et miracle sur miracle, tant qu'elle le distribue aux pauvres, il augmenta.


### XXXI.

Au liet de la mort, elle exhorte sa triste famille au seruice de nostre Seigneur & mespris du monde. Et apres avoir bataillé heureusement & demeuré victorieuse du diable, elle meurt en chantant, aage de 33. ans : aage auquel mourut son espoux.

### XXXII.

## XXXII.

A l'heure de son trepas le protonotaire Apostolique Thomas Penna , vid les cieux ouuertz , comme elle montoit au ciel accompagnée des Anges : & la bonne Vefue Semia vid nostre Seigneur son espoux en son throsne coronné de trois coronnes , qui la receuoit amiablement .









28653

an

